Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

151

XVII.

SEd planius quō id eueniat: exponam imminente iam tpm
conclusione. propheta magnus magnus mittetur a deo co
uertens homines ad dei agnitionem. & accipiet potēt mira
bilia faciendi: ubicunq; homines non audierint eum: claudet celum
& abstinebit imbres. aquam conuertet in sanguinem. & cruciabit illos sitis
& fame & quicūq; conabitur eum ledere: proceder ignis ex ore eius. at
q; amburet illum. his prodigiis atq; ac uirtutibus conuertet multos ad
dei cultum: pacisq; tpibus. alter ipsius alter rex orietur ex syria malo
rum generis euersor ac pditor generis humani: qui reliquias illius po
ris mali cum ipso simul deleat. hic pugnabit adūsus ppham & uincet
& interficet eum. & insepultum iacere patietur. Sed post diem tertiū re
uiuiscet. atq; inspectantibus & mirantibus cunctis rapietur in celum:
Rex uero ille terrenus erit quidem et ipse sed mendatorum ppha & se
ipsum constituet ac vocari deum se coli iubebit: ut dei filium. Et dabit
ei potēs. ut faciat signa & prodigia: quibus uisis irrecat homines: ut ado
rent eum: iubebit ignem descendere de celo & solem a suis cursibus stare.
& magnum loqui. & fient hec sub uerbo eius. quibus miraculis & sapien
tiū plurimi allicientur ab eo: Tunc eruere templum dei conabitur &
iustos ppl'm persequetur. & erit pressura & contritio. qualis nūq; fuit
a principio mundi: Quicunq; crediderint atq; accesserint ei signa
buntur ab eo tamq; pecudes. Qui autē recusauerint notam eius. aut
in montes fugient. aut comprehensi exquisitis cruciatibus necabuntur.
Idem iustos homines obuoluet libros. ppharum: atq; ita cremabit & da
bitur ei desolare orbem terre mensibus xlm. Sed tempus erit quo iustici
a proiecietur & innocentia odio erit. quo mali bonos hostiliter preda
buntur. non lex aut ordo aut militie disciplina seruabitur. non canos
quisq; reuerebitur: non officium pietatis agnoscet. non seruus aut infan
tie miserebitur Confundentur omnia & miscebuntur conii. ppha's cōt
ra naturē. sta quasi uno communiq; latrocinio terre uniuersa vastabitur.
Cum hec facta erunt: cum iusti & sectatores ueritatis segregabunt se a
malis & fugient in solitudines. Quo audito impius rex inflammatio
ra veniet exercitu magno & adunos omnibus copis circūdabit mōte
in quo iusti morabuntur. ut eos comprehendat: Illi vero ubi se clausos
undiq; uiderint atq; obsessos exclamabunt ad eum voce magna & aux
ilium celeste implorabunt. & exaudiet eos deus. & mittet regem magnū
de celo qui eos eripiet. ac liberet. omnesq; impios ferro ignisq; disperdat:
Sequitur Hec ita futura esse.